Quelle: http://manuscripta.at/?ID=28708
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)

quoque quia absque necessitate annum neglexerit suos tunc accipiunt sed ab
eodem vestimentorum custode notantur et in capitulo si tamen frequenter hoc fa-
ciunt reclamantur. Post capitulum vero si aliquos ibidem viderit relic-
tos in eundo ad dormitorium tollit portatque ad lectum suum et in
sequenti die ponit in capitulum. Unde nullus suos tollere presu-
mit nisi prius veniam petierit. si tamen providendo suos esse proba-
verit. Si autem non sunt in presentia quorum nomina eisdem vestimentis sunt inscrip-
ta tunc camerarius iussu prioris sublata reservat usque post modum ea
querentibus reddat. De cellarario uitur. Or

De cellerario

Cellararius eadem benedictione qua et prior ordinatur et absol
dinatus scire debet quanta diversitate in refectorio fratribus
fratribus sit serviendum. In septimana tres dies .i. ii. feria. iiii.
et vi. feria pie tantiam habemus. Alios iiii. generale et hoc quod
in dominica die et iiii. feria est de piscibus. si tamen haberi possunt. Le-
guminis holera continuabitur generale. Item quotienscumque xii. lectiones fiunt
generale habere debemus. Ad quemcumque datur alium aliquem cibum
cum illo cellerarius debet habere preparatum. vel fratribus de generali co-
medere non valentibus mutet ipsum generale. Hoc etiam provi-
dere debet. ut cum pietantia datur sint aliquot scutelle ita
preparate. ut sicut soli danda est mora ille non patiatur dum sua pie-
tantia que in ceteris rebus non in pomis et holeribus dividenda est
afferatur. In talibus festis ut est translatio s. Benedicti. utrumque et
generale et pietantiam habemus. si fieri potest et solito meliorem
panem. Sunt et plerique anniversarii. qui si in tali die evenerint
quo ex more datur pietantia propter eos quoque mutatur cum generali
tales dies habet cellerarius apud se inbreviatos. sed et illos
in quibus abstinemus ab adipe ignorare non debet. id est in adventu
domini. nisi quotiens xii. lectiones fiunt. et a lxxma. usque pascha. Itaque om-
ni sabbato. collationem facit cum priore et camerario. et cum aliis ad
hoc necessariis de singulis diebus venientis septimane ut
quicquid in illo et in illo die dari debet tempestive provideatur